prout dignissimum est ipsa die ad prandi
um consedisset attenuatus corpore ꝑ scām
quadragenam nō comedit. Interrogatus
a suis cur nō comederet ait Expecto hospi
tem in proximo venientē. Et inclinato ca
pite super mensam exitū aranee ꝓbet aperto
ore. Quāta de tali aduentu quin potiꝰ mi
raculo inter cūctos ibidem existētes fuerit
leticia. nullus sane mentis ignorat. Obiit
āt beatus Conradus eps post multaꝝ exer
citia virtutū. vi. Kal. decembris Anno do
mini nongētesimo. lxvi. Senex ⁊ plenus
dierum. De sancto Hylarione

Hilariō scūs mo
nachus fuit. cuius vitā virtutibꝫ
plenam scribit Iheronimus. Huius parē
tes ydolis dediti. ipse vt dicit̄ rosa de spi
nis floruit. Alexandriā missus ⁊ ibi grāma
ticam discēs ibidē etiā baptisatus est. Lo
taq; illi voluntas in eccīe ꝯgregationibꝫ fu
it. Audiens nomen Anthonii in egyptum
perrexit ad videndum eum. Quem vt vi
dit statim habitū mutauit ⁊ duobus men
sibus vix cum eo mansit contemplatus est
enim ordinem vite sue. grauitatē morum.
q̄; crebre in orōnibus. q̄; humilis in susci
piendis fratribus. q̄; seuerus in corripien
dis. alacer in exhortandis. Talem etiā ha
buit continentiam vt cibi eius asper. tatem
nullā eius infirmitas frangeret. Hiis vir
tutibus Hylariō instructus rediit ad patri
am cum quibusdam monachis parētibus
suis iam defunctis. partem substātie fratri
bus partem etiā paupibus dedit sibi nihil
omnino reseruās. Erat āt ānorū quīdecim
⁊ solitudinem ingressus est. sacco tm̄ cooꝑ
tus. ⁊ sagum rusticum quē beatus Antho
nius ei dedit cū ab eo discessit secum tulit
Tm̄ quindecim caricas post solis occasum
comedens. Hoc cibo cōtentus fuit a quin
decimo vsq; ad vigesimū etatis sue ānum.
Estus ⁊ pluuias breui tugurio quod iūco
⁊ caricis texerat declinauit. Deinde breuē
cellam parauit latitudine pedum quatuor

longitudine vero pedum quinq; vt sepul
chrum potius q̄; domum crederes. Capil
los semel in anno videlicet die pasche to
tondit. super nudam terram in initio vsq;
ad mortem cubauit. saccum quo semel fu
it indutus nunq̄; lauans. nec mutans alte
ro cum primo scissus esset Scripturas san
ctas quasi memoriter tenens post oratōem
psalmos quasi deo presente cecinit. A vice
simo primo anno vsq; ad vicesimum sextū
tribus annis primis dimidie lentis sextari
um madefactum aqua frigida comedit. A
liis tribus sequentibus panem aridū cum
sale ⁊ aqua sumpsit. A vicesimo septīo vs
q; ad tricesimum herbis agrestibꝫ ⁊ virgul
torum radicibus crudis sustentatus est. A
tricesimo vnciam panis ⁊ coctum modicū
olus absq; oleo comedit. Sentiēs autem
caligare oculos ⁊ totum corpus in impeti
ginem verti ⁊ punicea scebedine protrahi.
ad superiorem cibum adiecit parum olei. ⁊
hoc vsq; ad. lxiiii. annū vite sue tali cucur
rit gradu nihilum gustans pomorum aut le
guminum seu cuiusq̄; alterius delectabilis
rei. Hic dum se videret corpore fatigatū ⁊
exitū crederet imminere a sexagesimo quar
to vsq; ad septuagesimum pane abstinuit
incredibili feruore mētis. vt eo tēpore qua
si nouus accederet ad seruitutem dei quo
ceteri solent remissius viuere. Fiebat aūt
ei sorbiciuncula de farina ⁊ cum minimo o
lei vix pro cibo ⁊ potu quinq; vncias appē
dens. Sicq; compleuit ordinem vite sue
Nunq̄; ante solis occasum nec in diebus
festis nec in summa valitudine vnq̄; soluit
ieiunium. Igitur potentissimus in miracu
lis sanctitate incomparabilis octuagesimo
etatis sue anno cū absens esset Esiaꝰ qui
eum semper familiarius dilexerat quasi in
testimonium testamenti breuem manu ꝓ
pria scripsit literam omnes diuitias ei de
relinquens quas habuit. videlicet tunicā
de sacco. cucullam. ⁊ palliolum. Iāq; mo
dicus calor in pectore erat ⁊ quasi iam vix
viuebat apertis oculis hec loquebat̄. Egre

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-146/0573
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG